

no adoptati, ut à Pythio Hercules. Itaque honores affectu A divinos sunt, Anaces dicti, vel ob factas inducias, quas dicitur Græci vocant, vel ob curam, & sollicitudinem, ne cui malum afferretur, cum esset intra muros tantus exercitus, Nam quædam Episcopi dicunt eos, quibus cura vel tutio alicujus incumbat, & reges appellant fortassis inde dicitur. Sunt, qui ob stellarum apparitionem ferant Anaces appellari, quod ad dno Attici dicitur, id est supra, & dicitur in dno, id est, superne vocent. Plut. in Thesop. Antigonus Macedoniarum rex. Vide Novinum impositio.

Clepsydra.

Quere HORA.

Clericus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Clericus interpretatur vocabulum suum, ait D. Hieron. Epist. ad Nepotianum, & nominis definitione prolata, nititur esse, quod dicitur. Si enim dicitur Græce, fors Latine dicitur, ideo vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus fors, hoc est, pars est Clericorum. Et ideo in ordinatione Clericorum præcipitur, ut Clericatu initiandus, recitet illum Psalmi 15. versiculum, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Ut constat ex Pontificati Rom.

Origo autem hujus appellationis desumitur à Judæis, nempe ab ipso Levitis, qui Num. 18. & Deuter. 18. dicuntur esse de sorte Domini, ac Dominus esse eorum fors, & hæreditas, eo quod illis donaretur quodammodo partem suam, videlicet decimas, oblationes, & victimas.

De S. Paulino Nolano urbis Episcopo narratur, quod edm urbis illa à Barbaris expugnaretur, & in manus furentium devenisset captivus, ita Deum fuerit deprecatus. Domine, non excrucier propter argentum, & aurum: & ubi enim mea sunt omnia, tu nosti: nimirum tu fors mea es, & portio in terra viventium, ait S. Aug. l. 1. de Civit. Dei, c. 10.

CLERICI QUI? ET ANTIQUITAS NOMINIS.

Clericorum nomine vocantur in Ecclesia Sacerdotes, eorumque ministri ad factas functiones deputati: qui correspondent Levitis veteris Synagoga, qui ideo Clerici dicuntur à sorte, & præcipua Dei hæreditate, cui specialiter consecrantur. Meminit hujus nominis S. Petrus 1. Epist. c. 5. dum ait: Neque ut dominantes in Cleris, quem locum Occumenicus, & Hieronymus accipiunt de ministris Ecclesiæ: non pro universa Ecclesia, ut volunt hæretici.

Hujus etiam appellationis meminit Tertull. lib. de Monogam. Cum extollimur, inquit, & inflamur adversus Clerum, tunc omnes sacerdotes sumus, tunc unum omnes sumus, &c. eleganter depingens mores hæreticorum, qui omnes venditant pro sacerdotibus, quamvis prudentiores censent, ministerium verbi, & sacramentorum, in Ecclesia non debere promiscue committi. Vide Bellarm. l. 1. de Clericis cap. 1. Tom. 2. controvers.

Hujus etiam vocabuli uti usurpati mentionem facit Conc. I. Nicænum Occumenicum Can. 1. 2. 3. 8. 17. 18. & 19.

Item Canon. 12. Apostolorum. Origenes hom. 7. in Jeremiam.

De S. Matthia in Apostolum electo dicit in actis Lucas. Qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerii hujus, quo respiciens S. August. Nam & Cleros, & Clericos hinc appellatos puto, qui sunt in Ecclesiasticis ministerii gradibus ordinati: quia Matthias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. in Psal. 67.

OFFICIA.

Clericorum officia varia sunt, juxta varietatem ordinum, quibus inserviunt. Quilibet enim ordo proprium ministerium in Ecclesia obtinet, ratione ejus confertur. Daturque in quolibet debite suscepto gratia, ad onus illi annexum ritè, decentere obendum. De quo vide Doctores Scholasticos, qui de Sacramento ordinis scriperunt. Vide infra Titulo Ordo, hoc Ordinis Sacramentum, §. Ordinum officia.

HABITUS. Et primum de Tonsura.

Et quo Clericalis ordo inter Ecclesiæ gradus Laicali præstat, etiam singulari habitu ad hoc fecerunt. Qui quidem jam olim figuram coronæ capite gestabant, prout nunc, videlicet derasis summo vertice capillis ad modum circuli, in memoriam coronæ spinæ, quam Christus detulit. Ut ait Germanus Constantinopolitanus, in theo. rerum Eccles. & alii, qui scribunt de divinis officiis, ut nempe hoc signo monentur fortis, ad quam electi, & arctioris vitæ, cui, relicta secularium cura, dedicantur. Alii tamen ex hinc regalem sacerdotii dignitatem insinuari contendunt. Ut habetur in Decreto, cap. duo sunt 12. q. 1. Clericos Reges cenferi, & in capite gerere coronam, velut regni istius insigne.

Cum autem sit duplex Clericorum ordo, alii enim sunt clerici sæculares, alii Regulares, à certa vivendi regula, & instituto, quod profitentur, uti latus de Canonicis tractando dictum est: etiam variis tendendi modis in utriusque. Quin bene notat Card. Bellarm. lib. 2. de Monachis cap. 40. pro temporum, locorumque diversitate, nunc tonsuram, nunc rasuram uti fuisse receptam.

TONSURA, ET RASIO OLIM VETITATA Quomodo.

In lege veteri vetitum fuisse comam tondere in rotundum, Levit. 19. & quidem sacerdotibus præceptum, ne radant caput, aut barbam, constat Leviticis cap. 21. & apud Ezechiel. cap. 44. Quin & Jeremias ridet rasuram sacerdotum Idololorum. Verum ista prohibitio cum fuerit cærimonialis, non obligat Christianos, neque iterum illi Deus prohibuerat, quod mala esset istiusmodi abrasio, sed quia illi faceret ob cultum Dæmonis, & eo tempore, ac loco, quibus Gentiles faciebant idem, ut notavit Theod. q. 28. in Levit.

Deinde verabantur Sacerdotes radere caput, non absolute sed in morte alicujus propinqui, quia abrasio capillorum signum erat dolentium, & penitentium: volebat autem Deus Sacerdotes magis constantes.

Denique sacerdotes Idolorum toto capite deraso, Idolis suis sacrificabant, quorum exemplum ne viderentur imitari Judæi, vetabantur radi. Atque ita factum, ut tempore D. Hieronymi, & Ambrosii, Christiani Sacerdotes non raderentur, sed tonderentur: quia erant adhuc Sacerdotes Ididis Deo, qui caput radebant.

TONSURA, ET RASIO USITATA.

EZECHIEL Propheta, & Sacerdos, jubetur à Deo radi. cap. 5. Ezechiel.

Nazaræi completo tempore consecrationis suæ jubentur etiam radi. Num. 6.

Unde & Paulo dixit Jacobus Act. 21. Sunt nobis viri quatuor habentes votum super se, his ergo assumptis sanctificate cum illis, & radant capita sua. Ex quo loco, Paulum etiam rasum fuisse, Hieronymus affirmat Epist. 80. Calvinus lib. 4. cap. 19. mentitur solummodo tempore S. Augustini excogitatum tonsuram Clericorum, eo quod tum temporis soli estimati comam alerent.

Sed habemus pro majori tonsuræ antiquitate Dion. c. 6. Eccl. Hierarch. Ubi dicit, monachum futurum primum tondenti. Anticetus quoque Epist. ad Gallos, jubet radi caput in modum sphaeræ.

Athanaf. & Hieronym. etiam Sanctimoniales radi solere, inquit. Idem Hieronym. Epist. 26. inter Epist. Augustini, meminit coronæ sacerdotialis. Item August. Epist. 147. ad Prelian. Epist. lib. 1. scribit, tonsuram Clericorum ab Apostolis institutam, l. 2. de div. off. c. 4.

Beda l. 5. hist. Angl. c. 22. dicit, S. Petrum gestasse coronam capillorum, reliquo capite detonso. Eumque imitato Clericos, & Monachos, etiam Justin. in Authent. collat. 7. tit. 5. c. 2. & 3. distinguit tonsuram Novitiorum, quam Laicorum tonsuram vocat, à tonsura professorum, id est eorum, qui per tria vota religioni essentialia adstringuntur.

De eadem tonsura meminit Concil. Caribagin. 4. can. 44. Item Tolet. 4. can. 40.

Etiam Occidentales Sacerdotes imitato fuisse orientalis Ecclesiæ Clericos quoad capillorum tonsuram, constat manifesto exemplo. In Sidonio Apollinari. qui l. 4. Epist. 13. de Germanici Episcopi Galliarum habitu, cultuque corporis scribit.

bitum hunc modum. Vestis adstricta, ctinis in rotæ speciem A accitus, barba intra rugarum latebras meritis ad cutem secta fornicibus.

Cæterum non unus utrobique, & idem radendi, sive tondendi ritus: cum alii tondent, alii radant, alii barbam prominent, alii tescunt, absque tactura fidei. Unde & laudabilis cusque provincia mos servandus est.

Tonsura vero, sive abrasio signum est doloris, & penitentiae: Item contemptum rerum superfluarum, quem denotat capillorum abrasio, puritatis etiam vitæ, & innocentie. De quo vide Isidorum l. 2. c. 6. Hier. Eccles.

Plura require ex loco de Tonsura. Ubi illius rationes variae, & alia ad eam spectantia.

VESTITUS CLERICORUM.

Regulares Clericos, tum illos quos proprie Monachos dicimus, cum alios Religiosorum nomine comprehensos, etiam veste distinctos semper ab aliis fuisse, quos sæculares dicimus, extra omnem controversiam est, neque enim à novo excogitatum, ut qui mundi contemptum profitentur, singulari habitu induantur, constat ex Dionysio supra: ubi loquens de professione Monachi, Sacerdos signo Crucis eum configurat tondet, omniq; veste detracta, alia eum induit.

Et Eusebius lib. 2. cap. 24. scribit ex Egeippo, Jacobum Apostolum nunquam lancam vestem induisse, sed linea sine done usum.

De habitu Eliæ, & Joannis Baptistæ notum ex Scriptura, qualis is fuerit: atque eos postea imitatos arctioris vitæ Monachos negari non potest, & expresse tradit Chrysostom. hom. 69. in Matth. Tertullian. meminit habitus specialis, quo Virgines Deo dicat utebantur. l. de Velan. Virg.

Palladius in histor. Lausiac. c. 41. affirmat, Virgines Sanctimoniales usas cucullo.

De Paulino loquens S. Ambros. l. 6. Epist. 36. etiam vestitus immutari per eum mentionem facit.

S. Hieronymus testatur, vestes S. Hilariionis fuisse sagum, tunnicam faciem, & cucullum.

Legatur Cassianus lib. de habitu Monachorum, Hieronymus l. 1. cont. Pelag. Concil. Carthag. 4. can. 104.

Clericos autem sæculares majoribus ordinibus insignitos, C semper talarem vestem gestasse, antiquo usu docemur: & capiti pileum circularem crucis figuram angulatum experimentem capiti superimposuisse, quamvis posterius fortassis non perinde antiquum sit.

Color vestimentorum juxta cusvis institutum varius erat, meminit fuscæ vestis August. Epist. 199. ad Ediciam candidi habitus, Hieron. l. 1. cont. Pelag.

Certe quod Sacerdotes sæculares, contendunt nonnulli, omnium Clericorum vestes olim castanei coloris fuisse, aut violacei, qualem modo gestant familiares Clericorum habitu, in memoriam antiqui istius ritus, Canonici Antuerpienses etiam nunc gestant bireta, sive pilea sacerdotalia violacei coloris. Ut quorum laudabilem usum à majoribus accepimus, alioquin nullam in ea re prerogativam esse, clarum est.

Intercepti autem niger color occasione Monachismi à Clero accepti, qui ex ordine Monachorum Episcopi multi crearentur. Spectantur autem veteres imagines Clericorum habitu violaceo indutorum: ut quem Canonici Antuerpienses ante annos xlv. deserbant, etiam quoad vestes talares, & plerisque locis observantur. Sequendus autem temporis, & locorum ritus, ac cusvis instituti formulæ, præsertim si per Ecclesiam approbentur. Legatur Card. Baron. Tom. 4. Annal. ad annum Christi 1393. n. 48.

Clericorum Privilegia, & simul, quæ iisdem verita, videntur apud Summistas, & eos, qui ex professo de hoc argumento scriperunt.

De vita, & honestate Clericorum, scripsit S. Hieronymus Tom. 4. Joannes Gerson. Tom. 2. Item auctor, cujus liber insinatur, Lumen animæ p. 2. c. 32. Et nos infra in loco Ecclesiæ, Tit. Ecclesiastici.

Clericatus,

Sive prima Tonsura.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Vocant Clericatum, sive primam Tonsuram, dispositionem, quam ab Episcopo suo, vel de illius licentia, ab alio

quis accipit, qui Ecclesiæ ministerii se mancipare, aut majoribus ordinibus insigniri, vel beneficium Ecclesiasticum consequi intendit. Ita ut per hunc ritum, seu cærimoniam, vel deperetur ad statum Ecclesiasticum. Neque enim prima Tonsura ordo est Ecclesiasticus, sed dispositio duntaxat ad reliquos ordines suscipiendos. Ita Navarrus, Valentia, & Catechismus Rom.

Nulla autem ætas ad primam Tonsuram præscribitur à Concil. Tridentino, sed ea attendenda, quæ à SS. Canonibus præstituta est, videlicet septennii.

Abique susceptione primæ Tonsuræ nemo est capax beneficii, ita ut ante omnem beneficium exigatur prævius Clericatus, seu prima Tonsura: ejusque defectus inhabilem reddit ad beneficia Ecclesiastica. Colligitur ex Cap. cum adeo 17. de rescript. c. 6. ex litteris in 6. de transact.

QUIS EUM DEBEAT CONFERRE.

Proprius Episcopus est minister clericatus, sive primæ Tonsuræ (quamvis Abbatibus nonnullis ex privilegio concedatur, ut Religiosos suos Clericatu etiam inticent, prout Felicius diximus, Tit. de Abbate. Estque proprius Episcopus triplex: Originis, id est loci, cuius quis dicitur ratione originis civis. Domicilii, hoc est loci, ubi quis habet domicilium, sive ubi quis Larem, rerumque, ac fortunatum suarum summam constituit: Beneficii, nempe ubi quis habet beneficium requirens residentiam, tale enim constituit domicilium.

Quod si quis tonsuram ab alieno Episcopo sine litteris dimissoris, vel dispensatione Pontificis acceperit, non est capax beneficii, ita docet Rebuffus §. Formula dimissorum. nisi proprius Episcopus ratum habeat, ut tenet Decius, & alii in c. 1. de tempor. ordinar. in 6.

Consule Tit. de Ecclesiasticis, in loco, de Ecclesiæ.

Clima.

Clima Græca est dictio, κλίμα τὸ κλίμα; significans spatium duobus respondens parallelis, quo dici longitudo ad horam dimidiatam variatur.

Sub eodem Climate nasci homines variis coloribus, & moribus, fit propter habitudinem diversam ipsarum Regionum, quamvis afflatus etiam siderum plurimum conducatur, ingenita soli qualitas, sive proprietas: quæ facit, quod India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Hic segetes, illic veniunt felicitus uvæ.

Item: Has etenim leges, æternaque fœdera certis Imposuit matura locis.

CLIMATERICI ANNI.

Quere ANNUS.

Clitellarii.

Vide Nuncii. Veredarii.

Clypeorum opifices.

Quere Fabri.

Clypeos signare.

Vide Tit. de Insignibus, Signis, Notis, &c.

Clyster. Clysterium.

DEFINITIO, & INVENTIO.

Ab Ablutione dicitur Clyster, ὄσπ τὸ κλύειν, quippe alvum Clystere abluimus: estque medicamentum adversus quovis penè morbos opportunum.

Inventionem Clysteris tribuunt Ægyptiis, qui imitantes Ibin avem, hoc medicinæ genus usurparunt. Ibis enim cum serpenticus vescatur, rostri aduncitate falsuginem adhibet, & per eam partem se abluit, qua onera ciborum salubriter redduntur. Ita Plinius l. 8. c. 27. Plutarch. Dialog. An bestius aliquid rationis insit.



Cocleariorum opifices.

Quere Mechanici.

Coclites,

Vide Coci.

Coelibatus.

Vide Calibatus.

\* Coelum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Coelum est continentia visibilium, & invisibilium creaturarum, secundum Damascen. l. 2. c. 6. Diciturque juxta Varroem, & Plinium, quod variis sideribus quasi sit calatum, tum, id est, sculptum, & ornatum.

In sacris literis, & doctrina fidei Catholicae, per coelum accipiunt locum beatorum, ubi Deus gloriam suam Sanctis suis manifestat, & ea bona illis communicat, quae diligentibus se preparavit. De quo Deus, Coelum mihi sedes est, terra scabellum pedum meorum. Et nos quotidie oramus, Pater qui es in caelis.

Philosophi per coelum intelligunt orbis caelestes, sive sphaeras, de quibus paulo post.

Poeta ita coelum describit.

Est via sublimis caelo manifesta sereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
Hac iter est superis ad magni caeli tonantis,
Regaleque domum: dextera, laevaue Deorum.
Atria nobilium valvis celebrantur apertis.
Plebs habitat diversa locis, a fronte petentes
Calicole, clarique suos posuere penates.
Hic locus est, quem, si verbis audacia detur.
Haud timeam magni dixisse palatia caeli.

Ovid. lib. 1. Metamorph.

QUANDO CREATUM.

In principio, ait Moyses initio Genesis, hoc est ante omnia alia creavit Deus coelum, & terram. Ubi per coelum, alii omnes Orbis, alii Angelos, alii verius coelum Empyreum intelligunt, quod Paulus vocat tertium coelum, estque sedes beatorum. Primum itaque die Deus creavit coelum Empyreum, reliquos orbis aliis diebus, cum stellis, firmamento, & planetis.

COELI NATURA AB ELEMENTARI MUNDO DIFFINIDA.

Aristoteles eam sententiam, quae coelorum naturam distinguit a natura rerum sublunarium, mirifice illustravit. Sane omnes formae sublunares ita materiam informant, ut ab ea sejungant valeant: quod fit, ut corruptioni sint obnoxiae, at coelum incorruptibile est, & immortale. Unde quod dicitur, peracto judicio coelum innovandum, intelligitur accessione noviluminis, & claritatis decorandum.

ERRORES CIRCA MATERIAM.

HERACLITUS, & Pythagoras coelum igneae naturae commenti sunt, quam opinionem ab Aegyptiis mansisse, scribit Albertus tr. 1. in l. de caelo c. 4.

EMPEDOCLES coelum solidum instar crystalli asserbat, compactum ex aere, & igne.

Alii esse grave, & terrenum, nec tamen cadere propter veritatem rapidissimam, inter hos erat Anaximenes.

PLATO orbem aethereum constituit ex floribus elementorum dixit, maxime ex terra, & igne.

Fuerunt etiam ex sacris Doctores nonnulli, qui coelo naturam igneam assignunt.

COELI PERSESTANTIA.

Extra omnem controversiam est, coelum qualibet re sublunari non animata esse excellentius: non tamen animatis praestari, quod Aristoteli videtur restringere ad hominem solum. Sed contrarium est verius, quod enim a seipso movetur uti animalia, censetur nobilior, eo quod movetur ab alio. Videatur Commentarii Aristotelis de caelo, Collegii Conimbricensis.

COELI INANIMATI.

DELIRIUM fuit veterum Philosophorum coelo tribuere animam, & vitam. Sed id verum est delirium: neque enim coelum est organicum, neque anima illius in qualibet caeli parte

est, neque a semetipso movetur. Et si rationem Coelo damus, cur non aequae ac homines, operando merebitur, vel demeretur? Fuit etiam hic error inter alios Origenis errores, ut videre est apud D. Hieronymum, & Epiphani. Et Nicephorus c. 27. & 28. lib. 17. b. i. i. Eccles. damnatum inter alia dogmata Origenis, etiam istum a VI. Synodo generali tradit, & sub anathemate expulsum, quod etiam Joverius testatur in Summa Conciliorum.

COELORUM FIGURA.

Non fuit olim de Coeli figura opinionum consensus, teste Theodoro, & Plutarcho. Quidam enim in ovi figuram conformabant, alii testudini, alii nuci similem credebant. Immo quidam omnem ei figuram accommodabant.

Primus Thales Milesius in Jonia: Pythagoras in Italia, Coelum docuit figurae sphaericae, quae sententia vera est, & ab Aristotele variis argumentis confirmatur. lib. 2. de caelo c. 4. Et dicit de illo Plato, Animal quippe hoc, quod intra suum ambitum cetera animalia contenturum erat, eam figuram praecipue requirebat, in qua omnes figurae continerentur. Quapropter sphaericum facit, &c. In Timaeo, quod etiam de coelo Empyreum recentiores Philosophi accipiunt.

COELORUM NUMERUS.

Sive quae sint orbis caelestes.

Ex S. Litteris colligitur Paulus Apostolus raptus usque ad tertium Coelum 2. ad Corinth. c. 12. per quod intelligitur communiter supremum Empyreum, quod ita vocatur a splendore, & lumine: neque movetur ut alii orbis, neque sub sensum cadit. Et juxta hanc sententiam tres caeli statuuntur. Primum sive summum Empyreum, quod est Dei, & Beatorum habitatio. Secundum Aethereum, complectens omnes orbis caelestes, tertium Aereum, quia volucres aeris dicuntur a Davide, volucres caeli, & Christo apud Matthaeum, parab. de semine.

Fuere veterum nonnulli, qui unicum orbem caeli dabant, in quo stellae fixae consisterent, planetae vero cum quibusdam aliis instar piscium transirent.

Quidam tres globos fecere: stellarum, Solis, & Lunae.

Octo alii, videlicet Aplanum, in quo stellae fixae, & septem alios, in quibus totidem Planetae. Eamque opinionem tenuit Aegyptii, & Chaldaei, propter diversos motus, quos deprehendebant.

Ceterum posteriores Philosophi duas insuper Sphaeras deprehenderunt, ita ut communior opinio sit, decem orbis caelestes esse, adeoque cum coelo Empyreum, undecim esse caelos, videlicet septem Sphaeras sive orbis Planetarum, Lunae, Mercurii, Veneris, Solis, Martis, Jovis, Saturni: Firmamentum in quo stellae haerentes: & Aplanum, id est non errans, a Graecis appellatur. Coelum Crystallinum, sive aequum, quod duos orbis complectitur, quorum supremum, Primum mobile appellatur. Supra hos orbis est Empyreum, & de hoc loquimur Christiani, dum coelorum gaudia, & habitationem mente revolvimus.

COELI IMAGINES.

Astronomi stellae a fenotatas in XLVIII. constellationes, sive imagines redegerunt. Est autem constellatio certus stellarum numerus, alicujus animalis effigiem, vel etiam rei alterius imaginem, situ, ordineve representans. Inventae autem fuerunt haec imagines ad stellarum cognitionem magis distinctam adipsificandam. Inter alias imagines praecipuum locum habent signa XII. in Zodiaco splendentia, quae Maniliata de scribit.

Aurato princeps Aries in vellere fulget,
Respicit admirans adorsum surgere Taurum,
Summisso vultu Geminos, & fronte vocantem.
Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem.
Aequato tum Libra die cum tempore noctis
Attrahit argenti fulgentem Scorpion astro.
In cuius caudam contentum dirigit arcum
Mixtum equo, volucrum missurus jamque sagittam.
Tum venit angusto Capricornus sive flexus;
Post hunc inverfam diffundit Aquarius urnam,
Piscibus affluens avido subeuntibus undas.
Quos Aries tangit claudentes ultima signa.

Causas harum imaginum erui tradunt ex situ, & compositione, quam oculis nostris haec stellae obiciunt: alii in influxum, & virtutem reiciunt, quam praestant, respondentem naturae, & ingenio animalium, sive rerum, quas representant. De quibus videantur Scriptores Astronomici, & Aristoteles l. 2. de caelo c. 12.

COELI COLOR, ET QUALITATES.

Coelis, uti & Planetis, colorum differentias inesse imprudenter existimant, eo quod se exhibeat Caelum caeruleum, sphaerium, aut flavum. Verum non sunt ii veri colores, sed eos imbuere videntur solum ludificato aspectu nostro, neque enim color nisi corpore mixto reperitur. Provenit ergo ea modificatio, quo ad veritatem, ex diversa illuminatione a sole proveniente, juxta variam ab illo distantiam, & situm. Item juxta modum, quo lumen solis desipunt pro ratione raritatis, aut densitatis. Sic enim varia est affectio media, per quod species ad oculum proiciuntur, & adventitios colores sideribus, caeloque affingit.

Quoad alias qualitates calorem, frigus, &c. ex non affectu, sed effectu: non formaliter, sed virtute dumtaxat sideribus, & caelo competunt. De quo videatur Commentar. Conimbriceni. in l. 1. de caelo c. 2. q. 5. a. 3.

Quare nonnulla Tit. de Colore.

COELORUM MOTUS.

Motus Coelorum circularis, est illis naturalis, eorumque perfectio, ut tenet Aristoteles lib. 1. de Caelo, cap. 2. Idque non tantum ex parte materiae, sed etiam formae, quae concurrunt ad hunc motum tanquam principium passivum, sive receptivum illius, juxta S. Thomam in 4. d. 29. q. 2. art. 2. & 3. Ad idem recentiores, formam caeli etiam respectu hujus motus esse principium formale aliquo modo, quatenus motus caelestis formae, & totius, quod componit, maxime est convenientis. Omnes autem Sphaeras inferiores circum aguntur motu primi mobilis, qui fit super duos mundi polos ab ortu ad occasum, & iterum ab occasu ad ortum.

Praeter hunc modum habent alium sibi proprium ab Occidente in Orientem: idque non super polos mundi, & per circulum Aequinoctialem; sed super alios polos ab iis diversos, nempe super polos Zodiaci, & per circulum Zodiacum.

Ceterum cum corpora caelestia non moventur effectivè à propria forma, moventur tamen ab intelligentiis, quam sententiam tanquam de fide certam censuit D. Th. opus. 1. c. 10. art. 3. opus. 1. 1. art. 2. quae quidem motrices intelligentiae non sunt forma orbis, quem movent, cum dumtaxat illi motum imperent, non aliquid esse substantiale, neque unum compositum ex illis, & materiae caeli exurgit: quod foret necessarium, si essent forma sui orbis.

Quae sit autem vis illa motiva, quae Angeli caelestes orbis movent, an ab eorum voluntate, & intellecta distinguatur: rursus an plures id faciant, non unus, & plura huc facientia, requirantur apud Auctores, qui ea excusserunt, & nominatim in Comment. Collegii Conimbr. lib. 2. de caelo cap. 5. q. 8. & 7. art. 1. & 2. & seq.

MATERIA, ET FORMA.

Fuerunt, quae coelos materia consistere negarunt, ut Ambrosius, Averroes, Durandus, Gabriel, & nonnulli alii. Sed verior est sententia, corpora omnia tam sublunaria, quam caelestia, ex materia coaluisse. Omnipotens manus tua, Domine, quae creavit orbem terrarum ex materia invisa: ait Sapientis cap. 11. Quamvis eadem Deus initio creaverit ex nihilo, hoc est, nulla materia praesistente. Ita sancta illa mater Machabaeorum lib. 2. cap. 7. ad filium: Peto ait, nate, ut aspicias ad caelum, & terram, & ad omnia, quae in eis sunt, & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus. Videantur reliqua apud Aristotelem.

COELESTIS GLORIA.

Vide Tit. de Beatitudine, Gloria caelesti, &c.

Coemeterium.

ETYMOLOGIA, INSTITUTIO, ET USUS.

Coemeteria à Graeco nomine Κομητήριον, quasi dormitoria dicuntur: quod fideles in Scripturis dicantur in iis dormire. Sunt autem aerae consecratae certo Ecclesiae ritu, templis viciniae apud Christianos, & voce ipsa Resurrectionis futurae admonent. In genere autem sunt loca sepulturae dedicata: etiamque olim extra civitates, cum intra illas nefas esset aliquem sepeliri.

Germani pulcherrimo nomine appellant *Sargasser*, hoc est, agrum Dei, in quo Deus suam sementem, segetemque habet, quam sub finem mundi tanquam messi jam maturam demeret, & in caeleste horreum invehet, ac inferet. Zizanii in ignem inextinctum missi: nam & in hoc Dei Agro lappas, & tribulos, & filices subnasci, non mirum, cum ipsi Ecclesiae agro idem eveniat.

Idem Germani nominant coemeterium, *ein Frenthof*, quasi dicas: Peritiam aulam, seu villam, hoc est, immunitatem, ac liberam; nec enim mihi dubium est, illud *Frenthof*, seu *Sefrenthof*, *Sfrenthof*, descendere à Latino vocabulo *fratruum*, seu *fratruum* quasi *fratruum*, quae appellatio Germani immunitatem, & libertatem coemeteriorum denotare volunt. Nominant insuper *Rirehboff*, ea ferme coemeteria, quae templis ipsis adherent, quasi sunt Ecclesiarum velut atria.

Coemeterii condendi institutum Abraham assignant, qui, sicut patet apud Josephum, dicitur emisse ab Ephron Hebraeo Filio Saor prope Hebron, quadringentis siclis spelunca dupplicem, & agrum circa eam, sepelissentque in ea Saram uxorem suam. *Polydor. l. 5. c. 6. de Rerum invent.*

Nomina coemeteriorum Rom. haec extant: Aproniani, Balbinae, Basilidae, Callisti, Calopodii, clivi Cucumeris, Commodillae, Cyriaci, Damasi, Domicillae, ad duas Laureos, Felicitatis, Hermetis, ad Insalatas Nicomediae, Pontiani, Praetextati, Priscillae, Thraconis, Urbi pileati: quibus omnibus locis, & multis pluribus fortasse, olim condita Sanctorum corpora fuerunt: ut scriptores Ecclesiastici testantur. *Gregorius Fabricius in Roma.*

Legionense templum artificio mirabilis, omnibus est Hispaniae templis anteposendum, in cujus claustrum sacellum est, in quo jacet reges septem, & triginta, & unus Hispaniae Imperator. *Marinarius l. 3. rerum Hispan.*

EGRENIUS Fergulsi f. Scotorum rex, patris reliquias effossas loco, ubi Romanis urgentibus armis erant reconditae, favebri pompa in Jonam insulam delatas, uti iustitiae vivens Fergulsi, sepelivit. Vitios pietati loco addictos, ut fructus caritativae sumptus suppeterent, praestitit, atque proventibus variis vicinis ex insulis donavit, Fergulsi funus omnium Scotorum regum primum in Jonam fuit delatum. Mansit exinde locus regum sepulturae sacrae usque ad Malcolmum tertii regis tempora (cui ob capitis molem Canmoir, id est, caput majus, vulgo nomen fuit adjectum) sub quo D. Margaritae reginae suavia; abbatia Dounfermilen, id est, in monte infirmo, Coemeterium structa, multis praediis ab eodem rege donata, ut illuc deinceps regum funera efferrentur, publico edicto est constitutum. Et quidem Turgoti Dunelmensis prioris suavia Malcolmus Trinitatis templum ad Dounfermilen condidit, fanciens, ut exinde commune esset regum sepulchrum. *Hebbon Boetius libro 7. c. 12.*

Thronendum Norvegiae regnum sepulchris nobilibus. *Saxo libro 10.*

ROSKILDIA Daniae urbs, à Danorum regibus venusto more exulta, ut vivis sedem, ita fato sanctis sepulchrum praestare consueverat. *Saxo lib. 11.*

FR. Almeida Indiae praetor anno MDIX. in fluvium Main delatus, qui per Cambaja regnum in mare influit, vidit in oppido pervectissimo maximum, & amplissimum templum, & campum latissimum, in quo erant sepulchra innumera. Cum ab incolis sciscitaretur. Quid infinita illa mortuorum monumenta designarent? responderunt illi, qui sapientes existimabantur, Antiquissimam regionis illius scriptis, atque monumentis contineri. Herculeum in Indiam cum maximo exercitu penetrasse, & in eo loco bis cum rege quodam potentissimo collatis signis conflixisse, & utroque praelio superatum fuisse. Ut autem tam praecleari facinoris memoria feculis innumerabilibus conservari posset, institutum ab antiquo fuisse, in quo milites Herculis ceciderant, religione consecraretur, & illa sepulchra inviolata permanerent. Haec quidem illi praedicabant: quibus quanta sit habenda fides, liberum sit, qui velit, judicare. *Oforius lib. 6. rerum Emmanuelis.*

Novatorum in coemeteriis novandis impium studium.

Novatae ut omnia novarent, multis in locis vetera Catholicorum coemeteria, intra urbes, & ad templorum septa, repudiaverunt, & nova longius ab urbibus condiderunt: forsitan proprium quoque condidit caelum, si id fieri potuisset. Georgius



Georgius Vvicelius, qui aliquandiu in castris Lutheri...

Cœmeteria patrum suorum mutarunt, ne quid reliquum...

Hæc verò polyandria nova invenit novi istius Evangelici...

En novi Evangelii præclaros, & eximios fructus, qui adeo...

Scriptis idem Vvicelius adversus sectarios de mutatis...

Nam, quod dicunt, infici aërem, & pestem nasci ex...

At non immerito querit Vvicelius, cur sectarii malint...

Nec feruere possunt exemplo quorundam veterum...

D hinc corruptio timenda esset, ea non aequè extra, ac...

Obiiciunt, Etiam Papiſtas extrâ portas civitatis cœmeteria...

Respondet, alicubi rem ita fe habere, ubi vel cœmeteria...

Quapropter cum initio Lutheranismi Enthufiasmus iste...

Postea tamen, ubi fanaticus fervor nonnihil elanguit, ac...

Magnificè quidem Brentius Hamilia 69, in Lucam, &...

Quos sacri Canones ab Ecclesiastica sepultura excludant.

Consecrantur apud Catholicos cœmeteria, sive Ecclesiis...

Catholici non quovis sua ad Cœmeteria admittunt.

deles, Judæi, Ethnici, Hæretici. Et de hæreticis quidem extat...

Manifestè usurarij cap. Quia, ext. De usuris, cap. Quamquam...

Agenda Brunsvicensis cœmeteria sepire jubet, ne peccoribus...

Obiit mensè Novembri Dredæ Jacobus Lossius, Italus, Placentinus...

Quidam tamen ardentes Lutherani Calvinianis saltem...

Extat Gallieni Augusti edictum, quo Christianis Cœmeteria...

currentes, sandapilam, & capulum comminuerunt, ipsūque...

Hæc Calvinista Hospinianus de Lutheranorum in Calviniana...

QUÆ OLIM CHRISTIANIS Cœmeteria.

Cœmeteria olim erant Christianis (quod & nunc sunt) veluti...

HONOR CŒMETERII.

Legimus, Galerium Maximum aliquando conatum cœmeteria...

RESTITUTIO CŒMETERIORUM.

Extat Gallieni Augusti edictum, quo Christianis Cœmeteria...



præfides cuncta libere pro consuetudine sua obirent, dato A rescripto præcepit. Extat ejus constitutio, quam ad Episcopos misit, permittens illis illa loca recipere, quæ Cœmeteria vocamus. Onuphr. Panvin. de Cœmeteriis c. 11.

\* CURA CIRCA COEMETERIA.

PAULUS Papa, magnam sollicitudinis curam erga sanctorum Cœmeteria indifferenter gerbat. Unde cernens plurima eorumdem sanctorum Cœmeteriorum loca neglecta, ac desidia antiquitatis maxima demolitione, atque jam vicina ruina posita, protinus eadem sanctorum corpora de istis dirutis abstrulit Cœmeteriis, quæ cum hymnis, & canticis spiritualibus infra hanc civitatem Romanam introducens, eadem per Diaconias, seu monasteria, & reliquas Ecclesias, cum concedenti studuit honore recondi, & præsertim in Ecclesia monasterii, quod in domo propria in honorem sanctorum Pontificum Stephani martyris, & Sylvestri confessoris à fundamentis crexit. Onuphr. c. 7. de Cœmeteriis.

\* VISITATIO.

B Post Imperatorum persecutiones reddita Ecclesie pace, sacra Cœmeteria frequenter cœtu à fidelibus visitari solebant. Unde S. Hieronymus de sepulchro Cœmeteria quolibet die Dominico visitante ita scribit. Dum essem Romæ puer, & liberalibus studiis erudire, solebam cum ceteris ejusdem ætatis, & profectis, diebus Dominicis sepulchra Apostolorum, & martyrum circumire, crebròque cryptas ingredi, quæ in terram profundè deossæ ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepulchorum: & ita sunt obscura omnia, ut prope modum illud propheticum compleatur: Descendunt in infernum viventes: & raro desuper lumen admittunt horrorem temperet tenebrarum, ut non tam fenestram, quam foramen demissi luminis putei; rursumque pedetentim accedunt, & cæca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur:

Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent. D. Hieron. in Ezechielem cap. 40. apud Baron. tom. 2. ann. 226.

B. Liabertus Cameracensis Episcopus ex consuetudine nudis pedibus noctu Ecclesias, & Cœmeteria circumibat, pro se, C suis, & defunctis Dominum exorans. Inter quæ loca erat oratorium Dominicæ sepulchri extra civitatem: Cum enim famas Cameraci muros enecaret, ut urbis Cœmeteria non sufficerent, Gerardus Liaberti antecessor extra muros Cœmeterium, & Ecclesiam in honorem Dominicæ sepulchri pro sepultura pauperum, & peregrinorum consecravit. Ubi Liabertus, magistri animatus exemplo, ampliori schemate monasterium construxit, quod ampliatis mœnibus juxta urbem est inclusum. Hic verò cum aliquando (ut habetur in Martyrologio Romano 23. Junii) in Cœmeterio parocchie S. Nicolai ejusdem civitatis pro defunctis animabus, quarum corpora ibi quiescebant, orationes funderet, tum vox (Amen) cœlitus intelligibiliter audita est. Ex Natalib. SS. Belgii per Joan. Molanum.

Consulatur locus de Sepultura, & Peregrinatione.

\* COEMETERIA SCHOLÆ. QUALES.

D Cœmeteria, quæ mortuorum domicilia, suntque quasi publica quædam gymnasia, in quibus vera Philosophia, Mundi videlicet contemptus, docetur, alacri animo accedamus cum Elia Abbate. Ille enim cum sæpius ad fratres scholas suos remitteret, & illi quidam enolumentis ex quoquo accessu consequerentur, inquirentes dicebat: Qualem in domo figuli reulit Jeremias Propheta. Ille namque eo à Domino missus, cum vidisset vas super rotam, ejusque contrafracturam, & novam restauracionem, didicit dependentiam necessariam populi à divina bonitate. Ita & nos, intuentes Sepulchreta, vitæ nostræ, & mortis memoriam recolimus, quodque gloria hominis stercus, & vermis est: hodie extollitur, & cras non invenitur, ac ut bene cecinit Poeta.

Omnia sunt hominum tenui pendencia filo, Et subito casu quæ valere ruunt. Rogatus Eremita quomodo ad hanc publicam scholam accedendum esset, respondit: Quo olim ad ludum Pythagoræ. Ad eum enim primum accedentibus quinquennale imperaba-

tur silentium, ut silendo melius tandem loqui discerent. Ita in hac mortalium palæstra, silentio, & tacita inspectione opus est, cum ad prudens loquendum, tum ad rectius judicandum, & melius vivendum. Ex Stimulis virtut. Beyerl. in Apoph. Complorata jacet mœstis ubi corpora bustis, Garrula solvebat vocibus ora senes, Certabantque jocis: ad quos puer ore protervus, Sunt, ait, ad vestras gaudia quanta domos. Confessus etate senes, letoboque propinquos, Ipsorumque notans, esse sepulchra, domos. Ex Epigramm. Sabini. Beyerl. in Apoph.

Cœna.

Quere Convivium.

\* COENA SACRA.

Vide Tit. de Eucharistia.

Dicitur autem nonnunquam Eucharistica Cœna, quod veluti communis sit cibis omnibus cum sumere dignè volentibus. Hinc S. Thomas Aquinas hymno de Eucharistia. Sumunt boni, sumunt mali, Sorte tamen inæquali Vitæ, vel interitus.

Kaislo enim Cœnam communem significat. Et Eucharisticam cœnam vocat Lucas in Act. c. 2. communicationem fractionis panis: & nos vulgo sumptionem Eucharisticæ, sacram communionem, id est, fidelium unionem dicimus. Solebant autem in Ecclesia primitiva fideles ad Synaxim convenire, sumptuose celesti pane convivari, & materialem panem cibumque sumere, ut ait Chrysost. in Epist. 1. ad Corinth. bom. 27. Iam ante cœnam Eucharisticam influebant cœnam communem, omnibus tam pauperibus, quam divitibus, in symbolum mutæ charitatis, qui mos pluribus sæculis duravit apud Aegyptios. Ut est auctor Sozomen. l. 7. hist. c. 29. & Concil. Carthag. 3. can. 29. & vide apud Paulum Epist. 2. ad Corinth. cap. 11.

Verum dum Eucharistia à jejunis sumi præcepta sunt ob reverentiam, ea accepta, alia cœna influit, quas Agapas, id est, charitates vocabant, ut constat ex Tertull. & Chrysost. supra. Taxatque Apostolus in utriusque ebrietates, & arrogantias divitum, qui pauperiores non expectabant, sed præsumebant. Quamvis Apoftholus videatur solum loqui de cœna, quæ præmittitur sumptioni Eucharisticæ.

\* Cœnaculum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

LAtina vox est, auctore P. B. so, quæ significat universam superioris domus partem, postquam cenitari ceptum est. Brantque olim distincta cœnacula, ut constat ex loco Act. c. 20. Ubi narratur Eutyichus adolescens cecidisse de tertio cœnaculo.

Aliquando pro loco conducto usurpatur: quia à tenuioribus inquilinis habitatur, juxta illud Juvenalis. Latronum obstat edes

Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles. Quamvis apud Græcos mos ille vigeret, quod ad inferiora restibula, & velut sub porticibus, suos hospites volebant divertere, ipsi verò alius habitarent. Etiam postmodum id Romanis usurpatum. Et fuisse tale Cœnaculum, in quo Christus Eucharistica sacramentum instituit, suspicari possumus, & in eo etiam Apostolos convenisse legimus, & mansisse usque ad diem Pentecostes. Act. c. 1. Cupus quidem cœnacula dominum quamvis Scriptura non nominet, probabiliter existimat Maldonatus, & Janensis, Nicodemum, aut Josephum ab Athathia, vel alium ex occultis Christi discipulis fuisse.

COENACULARII.

Dicuntur ii, qui quæstus causa aliis locant Cœnacula, ut ait Hotoman. Unde Cœnaculariam exercent, qui de ædibus suis modicum quid sibi retinentes, superiora domus inquilinis locant.

Cœnobia.

Quere Monasteria, Tit. de Monachis.

\* Coa-

\* Coactio. Cogere.

VIM INFERRE.

QUOMODO.

VI, ARMIS.

A Herculi mos erat alienas vi abducere, non dolo. Hinc natum proverbium, ubi non speranda, Frustra Herculi, subaudi, calumniam fruxeris, in eos, qui sic omnia sua negotia gerunt, ut nemo queat, aut audeat calumniari. Erasmus in Adagii.

Cum Diomedes, & Ulysses communi opera sublato Palladio, rediret noctu. Ulysses quo facti gloriam in unum transferret, destinabat occidere Diomedem præcedentem, ac Palladium secum portantem. Itaque cum ensem in caput illius à tergo vibrasset, Diomedes, animadvertit ad lumen lune gladii umbra, subtraxit fe plagæ, correptumque Ulysses, vincitis manibus præcedere compulsi, gladio lato subinde cadens illius tergum. Hinc Diomedes necessitas. Sued. ad Zenod.

B Pyrum filii adhuc pueri rogantur, cui nam relicurus regnum esset? Respondit: Ei, qui gladium habebat acutissimum. Plut. in regum Apophth.

Cum Parisiensis anni. Christi 1590. a rege Gallia Henrico IV. archiflima obsidione premeretur, descexit apud vulgus panis usus. Equinæ carnis cum in modum augebatur quotidie pretium, ut plebei homines non haberent, unde possent emere. Quare coacti sunt canibus, & crudis herbis sine pane victitare. Loco vini bibebant tenuissimum potum, quem tismam appellabant. Quæ calamitas cum creveret indies, vulgus cepit tumultuari: panem, & pacem postulans. Qua in seditione Centurio quidam est civibus cognominis Gœctius, qui ad quietem eos adhortabatur, ocellus perit, dum sic tumultuatur populum, accurrit cum suis Aumalus: omnes quos in armis invenit jubet comprehendere, & duos ex præcipuis auctoribus, qui & Centurionem Gœctium trucidant, postriedie suspendit. M. Janson. 3. l. Hist.

FOEDERE.

C Gelo Syracusanorum tyrannus cum fortissimè arma cum Carthagenensibus consulisset, consecutus ingenti prælio victoriam, non ante pacem orantibus dedit, quam hoc quoque fecerit cavillem. Ne deinceps liberos suos Saturni immolarent. Plut. de Tarda Dei vindicta.

LEGE.

Numa Romanorum rex ut vitæ putare cogereitur agricolæ, pigri alioqui circa pericula arborum futuri, religionis necessitatem illis imposuit, quando ex imputata vite diis libari vima, nefas statuit. Plin. l. 14. c. 12.

Cogitatio.

\* ETYMOLOGIA, & INVENTIO.

Cogitatio νοησις à νοησιν cogito; est mentis agitatio de re qualibet. Unde pro omni operatione intellectus sumitur ab Augustino. Ricardus autem dicit esse inquisitionem veritatis per discursum ex multis. Accipiuntur plerumque pro illud cogitatio, meditatio, consideratio, contemplatio, verum non nisi largo modo conveniunt: propriis autem rationibus distinguuntur apud S. Tho. 2. 2. q. 180. a. 3.

\* COGITATIO.

Prava quomodo fugienda, quàmque sit noxia.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Adamavit Salomon mulieres alienas, & depravatam est cor ejus per eas, & adoravit Deos alienos. 3. Reg. 11. Stetit Judith ante faciem Holofernis, & cor ejus concussit erat, ardens ejus concupiscentia. Judith. 12. Duo Senes ira Suffame concupiscentia exarserunt, ut ejus mortem procurarent, propter quod pravæ corum voluntati obsequi nollet. Dan. 13.

EXEMPLA HISTORICA.

Quadam die dum venerabilis pater Benedictus vespertina jam hora corporis alimenta perciperet; ejus monachus cujusdam L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

dam Defensoris filius fuerat, qui ei ante mensam lucernam tenebat: cumque vir Dei ederet, ipse autem cum lucerna ministerio astaret, cepit per superbia spiritum in mente sua taciens volvere, & per cogitationem dicere: Quis est hic, cui ego manducanti afflito: lucernam teneo, servitium impendo? Quis sum ego, ut isti serviam? Ad quem vir Dei statim conversus vehementer cepit increpare dicens: Signa cor tuum, frater, quid est, quod loqueris, signa cor tuum. Vocatisque statim fratribus, præcepit ei lucernam de manibus tolli: & ipsum verò justit à ministerio recedere, & sibi hora eadem quietum federe. Qui requisitus à fratribus, quid haberet in corde, per ordinem narravit, quanto superbia spiritu intumuerat, & quæ contra virum Dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquidò omnibus patuit, quod venerabilem virum Benedictum latere nihil posset, in cujus auribus tacite etiam cogitationis verba sonuissent. D. Greg. lib. 2. Dialog. cap. 20.

Dominus Jesus ait aliquando ad Birgitam: Cur turbaris, & sollicita es, filia? Respondit illa: Quia diversis, & inutilibus, malique affligor cogitationibus, quas removere nequeo, & terror judicii mihi me pungit. Cui Dominus: Hanc, inquit, est vera justitia, ut sicut prius delectabar in vanitatibus mundi contra voluntatem meam; ita modo tibi molestæ sint varia, perveræque cogitationes contra tuam voluntatem. Verum tamen time judicium meum moderatè, & cum discretione, fimiter semper confidens in me Deo tuo. Certissime enim scire debes, malas cogitationes, quibus mens reluctatur, & quas detestatur, esse purgationem anime, atque coronam. Si tu illas prohibere non potes, fer patienter, ac voluntate eis renitere: & quamvis ipsis non consentias, time nihilominus, ne inde superbas, & cadas: Nam qui cumque stat, solius Dei virtute stat. Lud. Blofius Monil. spir. cap. 4.

Hujc cognata est, quæ de Leonardo Franciscano legitur, historia: cum enim frater ille hujusmodi cogitationum stimulis tacite impeteretur; circumventus fuisset, nisi maturè, qui cum eriperet, invenisset. Beatum namque Franciscum affello insidentem ipse pedes comitatus, mente volvere cepit, quanto ante illum quondam icrit generis nobilitate, potentiaque seculari. Franciscus Spiritu sancto eductus, ut intellexit gliscentem in præcordiis comitis timorem, statim desiliens, affellum se illi cedere dixit; seque potius pedibus iter facturum, eò quod obscuriore loco natus esset. Agnovit frater ille insolentis cogitationis culpam fat aperte oblici, & miratus deprehendi potuisse, ad pedes ejus provolvitur supplex; & pertæsumque peccati, cautius deinceps humilitatis propositum servaturum promisit. D. Bonav. in vita S. Francisci.

Prava punia.

De concupiscentiæ illicitæ malo hoc unum addimus ex B. Hieron. in vita Hilarionis. Gazeus emporii oppido, inquit, Virginem Dei vicinus juvenis deperibat. Qui cum frequenter tactu, jocis, nutibus, sibilis, & ceteris hujusmodi, quæ solent morture virginitatis esse principia, nihil profecisset; perrexit Memphim, ut confesso vulnere suo, magicis artibus rediret animatus ad virginem. Igitur post annum doctus ab Aesculapii vatibus subter limen puella tormenta quædam verborum, & portentosas figuras, sculptas in aris Cyprii lamina, defodit. Illico insanire virgo, & amictu capitis abjecto, rotare erinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. Magnitudo quippe amoris eam in furorem verterat. Perducta à parentibus ad monasterium, feni Hilarioni traditur, ululante statim, & consistente demone: Vim sustinui, invitum sum adductus. Quam bene Memphis formis homines deludebam! O cruce, o tormenta, quæ patior; Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Non exeo, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc fenex, Grandis, ait, fortitudo tua, qui lino, & lamina strictus teneris. Die, quare ausus es ingredi puellam Dei? Ut servarem, inquit, eam virginem. Tu servares, proditor castitatis? Cur non potius in eum, qui mittebat, es ingressus? Ut quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris demone? Nolut autem Sanctus jubere signa perquiri, ne aut solutus incantationibus demon recessisse videretur: aut ipse sermo- nis ejus accommodasse fidem; asserens fallaces esse demones, & ad simulandum callidos. Severè autem, reddita serenitate, increpuit Virginem, cur fecisset talia, per quæ demon intrare potuisset. D. Hieron. in vita S. Hilarionis cap. 12. apud Sur. 21. Off.

Resistendum perverſe cogitationi.

Querebatur apud Abbatem frater quidam, se pravis subin-



de cogitationibus plurimum turbari. Eum Abbas secum sub dium eductum jubet, ut sinu aperto ventos capiat. Respondet frater, hoc sibi neutiquam esse possibile. Ad quem Abbas: Hoc si nequis, nec cogitationes ita coercere poteris, quò minus tibi incidant. Sed hoc tui est munus, ut ardentispiritu, & magno eis resistas. Ex vitis PP.

Vidi sanctum virum Magistrum Guidonem presbyterum Beginarum in Nivella, de quo certissimè ferebatur, quia cum in Sonogio oppido Hannoniae scholas regeter adolecentes, incaute semel feminam contemplantus, per annos tres, jam ipsa mortua, in tantum tentatus est, ut excepto eo, quòd vigilans sustinebat, omni nocte infomnis crederet eam esse presentem. Sentiens ergo circa se diabolom non cessare, de nocte clam tumultum mortuus mulieris aperuit, nareque, & faciem in ceno putrefacti corporis tandiu tenuit, ut pene festore nimio suffocatus, quasi mortuus caderet resupinus. Quæ res in tantum valuit sancto viro, ut nullum postea stimulum in carne sentiret. Tho. Cantipr. l. 2. Apum. c. 30. f. 21.

Insignis in P. Francisco Xaverio Indorum Apostolo amor castimonie, insigne odium libidinis fuit, adeo ut vel minimas hujus generis labeculas exosus, ipsum horreret libidinis nomen. Quod vel ex eo, quòd subiciam, existimari licebit. Olybipone profectum Indicæ diem operiens, cum Simone Roderico in eodem diverfabatur cubiculo. Ibi intempesta nocte repente excitatur è somno, adeo commotus, ut è naribus magnam vim cruoris profunderet. Ejus deinde rei causam Simonem rogantem obstinato silentio celavit, quamdiu in Lusitania fuit. Ad ultimum, ubi solvendi advenit tempus, sub digressum in navis angulum cum eo fecerit, & sine arbritris: Nunc demum, inquit tempus est enunciandi, quod toties ex me, Simon, frustra sciscitatus: quippe hoc ultimum (ut arbitror) sum te in hac vita visurus. Scito igitur, illa nocte impuram specieem per somnium mihi oblatam; summaque vi repellerent conanti tantam illam copiam sanguinis erupisse. Hisce signis, humanique testimonii divinum indicium, ac testimonium extincti corporis accessit integritas. Quod eximium Dei beneficium inter alia egregie virginali castimonie concessum accepimus. Horat. Turbell. l. 6. de vita ejus c. 6.

Orazæ accidit quiddam rarum, & notabile ad hanc rem. Est hujusmodi. Gentilis quidam Ozæcenus are suo comit adolescentulus duas forma egregia, & Christianas, ex regno Burgensium oriundas, quæ in vassatione regi in servitute abductæ sunt à genitibus. Scopus hominis erat questum meretricium ex iis facere. Ipse autem vehementer dolebant, se, cum essent libera, tam inique venditas, & homini tam scelestæ, & infami. Altera earum, quæ decimum octavum circiter atigerat annum, decreverat potius mori, quam tanto crimine animam suam perdere, & Deum offendere. Et quamquam Dominus eam veste perelegantis, & venusta ornasset, ut utraque specie naturali, & externa lascivorum in se oculos pelliceret; tamen toto pectore illa se Deo commendabat, ut fortiter omnibus impendentibus tentationibus, divina adjuvante gratia, reluctari posset. Itaque bona femina ut primùm vidit gentilem quandam ad prostituendam pudicitiam suam advolare, orationum armis, fiduciaque divina munita, non solum non vel minimi assensus impio homini indicium dedit, sed etiam post lacrymas, multasque preces, ut honori suo parceret interpositas, vim inferentem pugnis, morsu dentium, aliisque modis, quibus potuit, abegit. Strepitu audito mox accurrit Dominus, cumque rogaret, quid istihuc rei esset, respondit fortissima femina: Non ea sum conditione, ut tibi in statu tam infami, & spurco servire velim, aut possim: Christiana siquidem sum, & genere nobilis: quate etiam mihi necem certissimam minere, nunquam in hoc fœdissimum facinus confensero. Sic gentilis, qui eam prostituere voluit, cum ignominia abcessit. Dominus decrevit eam, si mentem tandem mutare nollet, asperimis fatigare verberibus: ceterum cum nec precibus, nec verberibus eam in suam abducere posset sententiam, statuit extremum tentare remedium, nempe comminari illi mortem, unde & nocte quadam eam ad locum tetrum, & horribilem, in quo extremum supplicium sumi solet de facinorosis, abduxit: ibique stricto ense ei minatus est, nisi sequenti diluculo voluntati suæ prostituenda pudicitia obsequatur, se illi caput obtruncaturum. Orta luce adventante lenone, nihilominus obam antea constans, & intrepida, priorem responsonem repetivit, se, cum Christiana sit, potius optaretur mortem, quam in seclis confensuram. Ad quod responsonem incredibili furore inflammatus perverfus leno, ac à demone ipso incensus, ut cæteris feminis atrocitate poenæ terrorem incuteret, contulit eam trucidare. Quo animad-

verso mox generosa femina in genua collapsa, manibus in cælum sublati, animam creatori commendans, collum carnifici domino denudavit, qui & caput à cervice rescivit, ac postea corpus ejus in loco supplicii jam nominato sepelivit. Hic fuit gloriosus hujus feminae exitus. Ex historia rellat. de rebus Japon. Indicis, & Peruan. per Flaynum coacer- vatis.

At quoniam facilem in homine aditum parat fœda cogitatio, dicebat aliquando Fr. Aegidius, cum ejusmodi cogitatio accedit, eam abige, diceque, jam alius hospes necum domicilium occupavit. Bene Ambros. Si non penitus libidinem nostro excutimus animo, tollimus eam magis nobiscum, quam post nos relinquimus. Beeri. in Apophteg.

Legatur S. Bern. ser. 34. inter parvos, præsentaneum antidotum ad versus malas cogitationes suggerens.

COGITATIO RESPECTU Modi. Soluta sagax. ALXINOJA.

Huc ex Tit. Dionis extemporaneæ quedam, item Prudentis inventricis. Et ille quidem veluti Theorica, hoc Prædica est solertia, in repentinis præsertim consiliis, in quibus angustia temporis menti veluti constrata, & coarctata, & angustia sic efficacius insurgit.

AUGUSTUS, ut refert Seneca, pronunciavit de Vinitio oratore, quod ingenium in numerato haberet: propterea quod in causis agendis ingenio esset presentissimo, & quicquid aliis prælatret diutina cogitatio, id illi prima statim animi intentio daret. Erasim. in Adagio.

CONJECTURA FELIX. ET ETOKIA.

Edrovia absque medio, vel reiveritatem, vel Personam voluntatem, sententiam, consilium, institutum, tum in Theoricis, tum in Prædiciis assequitur. Huc igitur Accumen in interlegendis iis, quæ leguntur, audiuntur, videntur, aguntur in quocumque vite genere. Odyssæo. Telemacho apud Menelaum hospitante augurium sese obtulit aquile, quæ anserem è corte rapuerat. G. sitante Menelao, & Pisistrato comite Telemachi, ad utroque pertinet id omen: Helena expedite interpretata est, ad Ulyssem Telemachi patrem referri debere, qui dumulum vel jam reversus, vel redituri proximum, procoos male fit mulcatur.

COGITATIO RESPECTU Qualitatis, certa, indubitata, Firma.

Hujus ex loco Prudentia prædica, atque bellica, & exempla petantur.

INCERTA, DUBIA, SUSPICIO.

De Suspicionem. Vide suo loco.

COGITATIO INTENTA. CONTEMPLATIO.

Omnino Graeci àrō onōpōiōus de ducunt, Latini Meditationem appellant, Græca fortassis nomenclatura, quando quidvis plerumque abstracta, & divina consilia significant. H. Agitatio mentis libera in quocumque vite genere, theoretico, prædico, mechanico, sed in illo propter subiecti dignitatem excellentissimum, hominem deorum consortio quadammodo inserit, & propterea à Mors philosophica à Platone nuncupatur. Exempla ergo eorum, qui mentis agitationem quamlibet, cumque summo studio sunt amplexi, hoc loco perseruemur. Huius veluti opus, & ante ambulo est vita monastica, hoc est, solitaria, sive illa jam sit Eremitica, in agris, sive Politica, in mediis urbibus. Consilio locum solitudinis, Pedissæque verò Eremitæ est, & utroqueque, De singulis suo loco.

THEORICA CONTEMPLATIO RELIGIOSA. Huc quadam ex Tit. Assiduitatis in orando, quæ nunt orationi jungitur contemplatio divinorum.

JACOB cum Angelo luctatus, & ab eo in femore tatus, torpescente nervo claudicavit. Sed pedum vitium non sensit, dum mentis aciem in Deum dirigit. Nusquam queritur de femore debilitato, & statim post luctum vidisse se Dominum facie ad faciem gloriatur. Unde illi nomen Israhel id est, Deum videns, inditur. Marul. l. 5. c. 4.

Mor-

MOYSES Hebræorum legislator, oves in monte Sina pascens, assidua meditatione divinorum colloquiorum participans factus est, adeo ut cum Domino facie ad faciem loqueretur.

Daniel noctu contemplationis, & orationi vacans, propheticum hausit spiritum. Daniel. 2.

D. Augustinus Hipponensis Episcopus, dum sanctæ Trinitatis mysterium solus in cubiculo fedens contemplantur, ita à seipso abscesserat, ut à muliere, quæ illum consulere cupiebat, sæpius interpellatus nihil responderet, immò ne respiceret quidem: mulier denique, qui se contemptam putavit, abiit tristis. Postero autem die, cum eum in Ecclesia audiret, in spiritu rapta vidit de Trinitate disputantem: atque audivit, idcirco se illum die hesternum frustra quidem adfisse, quòd ejusmodi meditatione occupatus, ipsam neque videre, neque omninò sentire potuisset, ac proinde ne redire dubitaret. Rediit, & quod petierat consilium, sine cunctatione accepit. Marul. lib. 2. c. 4. & Sabel. lib. 2. c. 6.

D. Hieronymus spiritualis contemplationis lux ineffabilem dulcedinem in eremo, in colubro, quem de Virginitate servanda edidit, exprimit his verbis: Post multas lacrymas, post cælo inhaerentes oculos nonnunquam videbat mihi inter-

B esse agminibus angelorum, & lætus, gaudensque cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Et ad virgines Deo dicatas scribens, ait: Experto itaque seni, devoto consulenti, credite filia: si semel gustatis, quam dulcis est Dominus ad eum accedentes, lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, poteritis ab eo illud audire: Venite, & ostendam vobis omne bonum, & tunc ostendit vobis talia, qualia non nisi mentes affluere norunt. Scio, quid loquor, charissime. Nam ut meam insipientiam loquar, ego homunculus sic abiectus, sic vilis in domo Domini, adhuc vivens in corpore angelorum sæpe choris interfui, de corpore per hebdomadas sustentationibus, & nutrimentis nihil sentiens, divine visionis intuitu. Post multorum fortè dierum, spacia prædicti futurorum, redditus corpori, hebam. Quid ibi manens felicitatis habebam, quid inenarrabiliter delectationis sentiebam, testis est ipsa Trinitas quam cernebam, nescio quo intuitu: testes sunt & ipsi beati spiritus, qui aderant: testis est etiam conscientia mea, qui tantis bonis ipse fruebar, quot, & qualia nescit proferre mollicies corporis mei. Denique subiungit, dicens. Non potest ad tantæ contemplationis dulcedinem cor secularibus plenum negotiis aspirare: sed oportet ut seculo moriatur, ut soli Deo per tantas meditationes, & desideria supersis inhaereat. Unde granum frumenti cadens in terram, nisi mortuum fuerit, semper sic solum manet, ut cecidit: quod si moritur, fructum plurimum affert.

S. Paula Romana vidua Bethlehém ingressa, & in specum Salvatoris introiens, postquam vidit sacrum virginis diversorium, & stabulum, in quo agnovit bos sessorem suum, & asinus præsepe domini sui, ut illud implectur, quod in eodem propheta scriptum est: Beatus, qui seminat super aquas, ubi bos, & asinus calcant: D. Hieronymo audiente jurabat, cernere se oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in præsepe Dominum: Magos adorantes, stellam fulgentem desuper, matrem virginem, nutrimum sedulum: pastores nocte venientes, ut viderent Verbum, quod factum erat, & jam tunc Evangelistæ Joannis principium dedicarent. In principio erat verbum, & verbum caro factum est: Parvulos interfectos, Herodemævientem, Joseph & Mariam fugientes in Egyptum. Mixtusque gaudii lacrymis, loquebatur: Salve Bethlehém domus panis, in qua natus est ille panis, qui de cælo descendit. Salve Ephrata regio uberrima, atque prospera, ejus fertilitas Deus est. Hieron. in ejus Epit.

D. Thomas Aquinas Parisiis cum Philippo aut ( ut Campanus scribit ) Ludovico Gallorum rege cœnans, animo alienam mensam exclamavit: Adversus Manichæos conclusum est. Quod factum cum rex admiraretur, Thomas cum rubore respondit: argumentum sibi in mentem venisse, quo Manichæorum dogma penitus everteret. Fulgof. l. 8. c. 7.

S. Bernardus Clarevalensis abbas, cum aliquando equum ascendens fratres Carthusienses inviseret, & præpositus eorum ephippio nimis decoro illum vulm arguisset: querere à comitibus cepit, quale equi sui ephippium esset? neque enim aut insiliato, & statim post luctum vidisse se Dominum facie ad faciem gloriatur. Unde illi nomen Israhel id est, Deum videns, inditur. Marul. l. 5. c. 4.

L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. II.

hospitium divertisset, & fratres qui cum comitabantur, inter se de lacu ipso verba jactarent: rogavit ubi lacus ille fuisset. E. Postquam audivit, miratus est, seque cum vidisset negavit. Marul. l. 2. c. 4.

Artemium abbatem, dum opus faceret, lacrymas effundere solitum scriptores tradunt. Quæ res indicio est, longè aliud illum animo agitasse, quam quod manibus tractaret. Manus quidem labori intenta erant, sed mens divinis meditationibus affueta, ad Deum tollebat, & ejus desiderio accensa fletu temperare non poterat. Marul. l. 2. c. 9.

S. Elisabetha Pannonum regis filia, post mortem mariti, Thuringiæ reguli, dum se supra se tollens, cœlestia meditatur, in ecstasim abibat, & mente cernebat quod oculis videre non poterat. Quod ne tum quidem: cum ad se redisset, distimulare poterat: tantam facies hilaritatem præ se ferebat. Eadem cum aliquando nimio labore defatigata, lassaque refedisset, oculis in cælum intentis, fronte modo jucunda, modò tristi apparuit. Et concessa est, se in nubibus vidisse Jesum, qui nunc se ostendens lætam redderet, nunc tegens moritum, denique ipsam sibi dixisse: Bono animo esto, filia, ego tecum sum. Et se respondisse: Ita, Domine, tu mecum, atque ego tecum. Sic sanè est: quoties Christum vera fide contemplantur, F temporis cordi nostro insidet, & verè nobiscum, atque adeo intra nos est, dicente Apostolo: Qui adheret Domino, unus spiritus est. Marul. l. 2. c. 4.

S. Clara virgo beati Francisci præceptis imbuta, dignaque tanto magistro discipula, pridè quam natalis Domini veniret, ægotavit: nec licuit illi cum reliquis fororibus ad peragendas sacræ noctis preces pergere. Affuit tamen in spiritu, ubi in carne adesse nequibat. Reversis quippe fororibus, quicquid inter absentes actum, dictumque esset, ordine retulit, & mirantibus adjunxit: Sibi tunc ibidem loci, ubi absens cum ipsis fuit, Jesum puerum, qua hora quondam nasci voluit, apparuisse. Marul. l. 2. Sabel. l. 2. c. 2.

Eadem de Cœnæ Domini usque ad Sabbatum sanctum, corporeorum sensuum usu substracto, quasi mortua permansit. Sed interim toto animi vigore in Deum translato, omnia Dominicæ passionis mysteria iisdem horis, eodemque ordine gerere cernebat, quo gesta noverat. Ubi autem corpori fuit redita, haud amplius quam unius horæ spacio se dormisse putavit. Ibid.

GENOVEFA virgo Parisiensis ab Epiphania ad Cœnam usque Domini in cella recludebatur, ut & orando, & contem- G plando Deo expeditis incuberet. Ad cujus ostium cum puella venisset, ut quidnam illa faceret, per rimas exploraretur, evescigio lumen amisit, sed exacto quadragesimali jejuni- G o, ejusdem opera lucem recepit. Bonifinus libro 5. Decadis primæ.

Petantur nonnulla ex loco de Meditatione. Philosophica.

GANYMEDES Trojanus passim à poetis inhonesto nomine catamiti notatur. Xenophon in Symposio ( atque etiam Cicero lib. 1. Tuscul. quest. 1. ) non ob formam corporis, sed ob animi præstantiam à Jovis aquila raptum dicit: & propterea conveniens fati habuisse nomen in γανυμεινιδος. Contemplationi enim deditus, mirificam inde voluptatem hausit: & ad pulchritudinis ideam propius accedens, dignus Jove pocillator constitutus fingitur. Volat. lib. 16. Anth. c. 2.

PROMETHEUS Japethi F. cum naturæ secreta rimatus, ignem ex fulguris incendio obortum jugi alimento lignorum fovere mortales docuisset, fabulæ occasione dedit, ut superis ignem in casa ferula suffuratus esse dicatur. Ea propter à Jove Caucaus alligatur, & cor illius aquila dies, noctesque dilaniari fabulantur. Caucasus solitudinem designat, aquila contemplationem denotat. Ad faxa igitur Caucaus damnatum poenæ loco vulgus arbitrat Prometheus, cum tandem ex hac ipsa contemplatione cœlum suis humeris fulcire dicitur percipiat voluptatem.

ENDYMION inter Latmia faxa dormiens à Luna adamatus fingitur: cum reverà Astronomiæ studio noctes in solitudine pervigil transferret.

Atlantem Libycum tanta cœlestis cursus cognoscendi voluptas cepit, ut spero hominum commercio, in altissimum Africæ occidentalis montem secesserit solus. Itaque, & monti nomen indidit, & ob singularem celestium rerum cognitionem cœlum suis humeris fulcire dicitur est.



Ejus discipulus Hercules, non tam corporis quam ingenii viribus clarus, propter Astronomiae peritiam fessi Atlantis onus humeris subiisse fertur.

Calypto Atlantis filia, in extremis Oceani finibus solitudinis causa habitavit. Ad eam Ulysses ille Homericus doctrinae causa profectus est, non tam procellis, quam discendi incredibili ardore compulsus. Et quia disciplinae istae tum temporis acroamaticae erant, hoc est, oretenus tradebantur, recte dicitur non καλοῦσθαι Calypso fuit dicta.

Indorum Gymnosophistae ab exortu Solis ad occasum usque eodem in loco persistant, alternis saepe pedibus toto die serventissimis arenis instunt, solemque immobilibus oculis contemunt, ut hac ratione & animum contemplatione, & corpus laborum tolerantia exercent; Plin. lib. 7. cap. 2.

Meditatione fit, an perpetuo somno pressus jacuerit Epimenides Gnosius, sive Phaezius, in dubium venire potest, qui septem, & quinquaginta annos lauit. Tameñ enim scriptorum vulgus ad somnum inclinat, nemo tamen dormiendo sapienter est factus unquam: nisi vulgare de Hesiodo opinio nisi quis temere accedat. Epimenides (quod nemo inficiatur) divinarum fuit, humanarumque rerum scientissimus: nam & Cylonium expiavit scelus, & Solonem juxit leges suis scribentem civibus. Sab. 1.2. c. 6. ex Plut.

Anaxagorae propositum in spectanda veritate anxium, laboriosumque, epitymbium ejus testatissimum facit: Εὐδαίμων ὁ πλάτων ἀνθρώπων ἰσχυρὸν παράδειγμα Οὐρανίου κόσμου κίεον ἀναλυσάμενος.

Quin & aras illi dicatas novimus, quarum viseretur inscriptio nunc quidem Nō, id est, Mentis: nunc verò, ἀνομιῶν, id est, Veritatis. Cat. 1.11. c. 1. A. L.

Veterum sapientum plerique omnes summa declinabant cura, quaequid animam arctius corpori adhaeret, ac (ut sic dicam) ferruminaret. Unde notissima Pythagorae exposita solitudo, ac templorum, locorumque inhabitatio: & quorundam etiam celebrata obsecratio, ne quid usquam foret, quod contemplandi suavitatem interpellaret. Cat. lib. 21. c. 10. Antiq. Leß.

DEMOCRITUS Abderites, vel Mileusius, puer etiamnum, cum in hortulo tugurium sibi construxisset, & in eo contemplandi causa versaretur, accidit, ut pater illius bovem tugurio alligaret, sacrorum causa. At ille in contemplatione persans non prius, quid actum esset, aut ageretur, animadvertit, quam bovem pater cum strepitu excitavit, & ipse mugitibus sese prodidit. Laert. 1. 1.

Idem postea ex longinquis peregrinationibus, quas sapientiae causa susceperat, in Graeciam reversus, ut ea, quae hauserat, praecipue diligenter ruminacione (ut ita dicam) excoleret, lucidissimo lebetre oculis objecto seipsum excacavit. Nimirum ut mentis oculos acueret, externi visus jacturam parvi fecit. Sab. 1.2. c. 1. 1. 6. At Plut. com. de Curiositate, fabulæ locum datum putat, quod integris quantumvis luminibus, objectis tamen externis contemplandi assiduitas minime labefactaretur.

ARCHIMEDES, qui machinationibus suis multum, ac diu victoriam M. Marcelli Syracusae obsidentis inhibuerat, cum capta urbe animo, & oculis in terram defixis formas describit militi, qui praedandi gratia domum irruperat, strictoque super caput gladio quisnam esset, interrogabat, propter nimiam cupiditatem investigandi, quod requirebat, nomen suum indicare non potuit, sed projecto manibus pulvere: Noli (inquit) obsecro, istum circulum disturbare, ac perinde quasi negligens imperii victoris, obruncat, sanguine suo artis suae lineamenta confundit. Val. 1.8. c. 7.

Pyrrho Eliensis, Scepticorum princeps, inter deambulandum tam intentus erat contemplationi, ut eum aliquando Axarchus comes in scrobem incidisset, ille nec animadvertit, nec opem tulit. Cum secuta solus loqui esset deprehensus, & cur id faceret rogaretur: Meditor, inquit, ut bonum sim. Laert. 1. 9.

Socratis miram in contemplando pertinaciam, Plato cum aliis saepe, tum etiam in Symposio, sub persona Alcibiadis narrat. In militiam profectus ad Potidæam, manè nescio quid contemplant, usque ad meridiem eodem in loco fixus, & immobilis stetit. Animadvertentur hoc Jonicus quidam milites: eumque in eodem loco usque ad alterius diei auroram stantem observarunt. Exorto sole, eoque salutato ad conturbatalem adiit. Idem cum ad Agathonis convivium cum Aristodemo proficisceretur, in medio itinere contemplandus substitit: neque prius in-

gressus est, quam id, de quo secum tacitus dubitaret, invenisset.

DANTES poeta cum exul Senis esset, & in Ecclesia Minorum cubito super altare posito cogitandus iniretur, accessit ad eum quidam à tergo nescio quid molestius petens. Tum Dantes: Dic mihi, inquit, quæ est maxima omnium belliarum. At ille, Elephas, respondit. Cui Dantes, Elephas, si me inquit, inquit, majora te cogitantem, & noli esse molestus. Poggias in Facetis.

PRACTICA CONTEMPLATIO.

Contemplationem Practicam à Theorica distinguis, quod hujus finis est cognitio, illius actio. Atque ut Theorica suam habet praxim, vicissim praxim suam theoriam, sed à sine fit denominatio, Practica contemplatio ad conversationem, & societatem hominum tota refertur: & mentis illius (quam practicum intellectum nominant) agitatione persicitur, à conversatione tamen bonorum tantisper se subducit, donec ea, quae vel respiciat, vel æconomice conducibilia sunt, invenierit. Consult. Tit. Legislatorum prudentiam.

Homerus Agamemnonem suum passim à virtute commendat: tum etiam à vigilantia, & nocturnis cogitationibus toti exercitui profuturus. Sic Iliad. 2. de eo scribit: Αἴθε μὴ κενὸν κείνῳ δεήσει παναχρεῖων ἄδων πανόχρητον, μάλα κεν, δὲ δὲ μὲν μὲν ὄντορ Αἴθ' ἢ ἀπὸ τοῦ ἀντιπάλου, ποῦντα κεν, ἴσθες ἴχθ' ἡλιερόν, ποῦντα ἴσθ' ἡλιερόν.

Idem somnia divinitus Agamemnoni immitti scribit: innuens ne in somnis quidem boni principis animum quietum esse posse, quin de iis, quæ ad salutem Reipublicæ pertinet, consulat.

PHOCION Atheniensis in concione dicens: Præ te feci Phocion meditari: Rectè divinas, inquit, Meditor enim, an quid præcidere de oratione, quam ad populum habiturus sum valeam. Plut. in Appob. Utroinde quidam eum suorum sermonum securim, & ἰσθ' ἡλιερόν ποῦντα, appellat.

CLEOMENES rex Spartanus, cum placeret acroama quoddam, rogatus, Essetne egregius? respondit, Vos videtis, ego enim in Peloponneso mentem habeo. Plut. de Anim. Compar.

PHILOPOENEN Megalopolitanus, Achazorum prætor, cum G solus iter faceret, aut deambulet, occurrenceum locorum situm contemplantur, semetipsum explorans: Quid si dstanti exercitum fiat hic tibi hostis obvius, aut à lateribus repente velur ex insidiis confurgat, qua figura aciem instruas? continendus miles, an illico signa inferenda? & si tenendus, quomodo præsidarios loceas, aut subsidia disponas: Fecit ejusmodi meditatio, ut in præstantissimis Graeciæ duobus sit demum celebratus: quo vita functo nullum amplius Graeciæ præcellentem ducem emisit. Sab. lib. 2. cap. 9. ex Plutarcho in ejus vita.

P. Scipio Africanus, antelucanis horis in Capitolium ascendens, in templo Jovis opt. max. prius contemplandus sedebat, quam in senatum descendere, ut ea, quae Reipublica salutaria essent, deorum prius pace implorata, inveniret, & patribus proponere posset. Dicitur solium scribit Cato, scitè ejus equalis, nunquam se minus ociosum esse, quam cum ociofus: nec minus notum quam cum solus esset: inuens, sese & in otio de negotiis cogitare, & in solitudine secum loqui solitum, ut neque cessaret unquam, & interdum colloquio alterius non egeret. Cic. 1.3. Offic. Canes custodes, qui in alios fæverant, in eum neque latrasse unquam, neque incurrisse. Cell. 1.7. c. 1. ex Julio Hygino, & C. Oppio. refert: coque Jovis filium creditum.

Carolus Magnus ad cervicale pennam, & encaustum cum pergamento noctu reponerat, ut si quid in lecto cogitanti utile occurret, signare posset, ne è memoria laberetur. Vicinus etiam lecto erat paries cerea illitus, cui, si quid in tenebris occurrisset, inscriberet. Eginardus in vita Caroli, & Henricus Erpbor.

Carolus V. Imperator, antequam, quicquam aggrediretur, diu, multumque prius deliberabat, in publicum non prodibat, neminem ad se intronitabat, saepe quinetiam motuum simulabat. Quo ipso effecto, ut non prius ejus consilia deprehenderentur, quam in opus deducta essent.

COGITATIO RESPECTU OCCASIONIS.

TRANQUILLA, Otiola.

Ex loco Prudentia Consolatoris plurima exempla hic poterunt accommodari.

TURBATA.

Sub Tit. Desperationis quedam extant. C. Julius Cæsar in Hispania ultimo proelio desperatis rebus etiam de conficienda nece cogitavit. Suer.

NERO hostis à Senatu judicatus, præmissis libertorum fidissimis Ostitam ad classem parandam, Tribunos, Centurionesque prætorii de fugâ societate tentavit. Sed partim tergiverlantibus, partim aperte detractantibus, uno verò etiam proclamante.

Utque adedne mori miserum est! Varia agitavit, Parthosne, an Galbam supplex peteret, an atratus prodiret in publicum, proque Rostriis quanta posset maxima miseratione veniam prætoriorum precaretur: ac si inflexisset animos, vel Ægypti præfecturam concedi sibi oraret. Suet. in Nerone.

Attila Hunnorum tyrannus magna strage ab Ætio Honorii Imp. duce, & Theodorico Gothorum rege in campis Cataunicis victus, strue ephippiorum se circumquaque munit, ut si nulla alia salutis ratio reliqua videretur, nec in hostium manus veniret, incensa pira cremaretur.

ROMA. Romam ex Africa venerat S. Fulgentius monachus, nova Transmundi regis Ariani adversus Episcopos sævitia examinatus. Hic postquam sacra martyrum loca venerandus inivit, omnique fervos Dei, quorum adipisci notitiam potuit, humiliter obsequio salutavit, ad eum locum, in quo Theodorici rex Ostrogotorum populum alloquebatur, accessit. Ibi cum Romani senatus amplitudinem, decus, ordinemque distinctis gradibus aspeçtaret, & favores liberi populi cæcis auribus exaudiret, qualis esset gloria hujus seculi pompa, cognovit: neque tamen aut immodia spectaculi ejus voluptate captus, aut imani facti delectatione lenitus, verum inde potius ad illam supernam Hierusalem expectandam incensus est. Itaque in hunc modum eos, qui sibi proximi stabant, est alloquutus: Quam spesifica debet esse Hierusalem illa celestis, si sic fulget Roma terrestris? & si in hoc seculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis honor, & gloria tribuetur Sanctis contemplandis veritatem? Ad monasterium suum in Africam reversus, Episcopus Rufinus Ecclesiam factus, omni laude sanctitatis emicuit. Sigon. 1. 16. Imp. occid.

IN EPTA. DEMOCRITUS Abderites, cum arroderet cucumerem, sensit illum non esse mellei saporis: rogavitque famulam, unde emisset? Illa nominavit hortum. Surrexit Democritus: Er due me, inquit, eo, ac locum indica. Demirante muliercula, quid sibi vellet: Ut, inquit, dulcedinis causam inveniam: inventurus, si locum inspexero. Hic muliercula ridens: Quiesce, inquit, obone, nam ego impudens cucumerem immiseram in ollam mellitam. At ille ostentans: Molesta es, inquit: ego tamen incubam, quæramque causam, qua cucumeri peculiaris, ac genuina dulcedo esse possit. Laert. 1. 9. cap. 7. 1. 9. D Plutarcho 1. 1. Sympos.

Apud Sylvanum Abbatem in Scythioteo cœnobio quidam hospites, cum monachos manibus laborantes vidisset, eam sollicitudinem quasi rem superfluum cavillatus: Maria, inquit, optimam partem elegit, sedens secus pedes Domini, & audiens verbum illius. Post hæc cum hora cœnæ ex industria ipsum non vocassent, ubi cœnatum esset, miranti, ac querenti, Cur ita se prætermisisset, Abbas respondit, ratos fuisse, ipsi, qui se totum spiritalem profiterentur: cibo, potuque minime opus esse. Tum demum illo errore conficente, subjunxit: cras igitur, Mariam etiam Martiæ ministerio indigere, auxilioque juvari. Marul. 1. 4. c. 9. 1. 9. Sab. 1. 2. c. 9.

Joanni Abbati in Scythiotea eremo atatem agenti incidit in animum, ut divine contemplationi absque aliqua corporis operatione, cibive cura jam quasi angelus Dei vacaret. Itaque cellam deferens, per vastam solitudinem evagari cepit. Sed die tandem septimo, fame urgente rediit: & cum cellæ fores ocellas ostendisset, conturbatulum suum, quem ibi reliquerat, ut sibi aperiret, invocavit, se Joannem esse contestans. L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

COGITATIO RESPECTU TEMPORIS DIURNA.

Ex Titulo Contemplationis hic quedam. NOCTURNA.

Thefeo Herculis facta noctu & vigilanti, & dormienti obversabantur. Plut. in Thefeo.

Themistocli Miltiadi trophea somnum excutiebat. Plut. in ejus vita.

CHEERIPHON architectus de limine templi Ephesii reponendo etiam per noctem cogitans, in quiete vidit præsentem deam, cui templum fiebat, hortantem ut viveret, se composuisset lapidem: atque ita postero die apparuit, ponderesque ipso correctus videbatur. Plut. 1. 26. c. 14.

M. Brutus cum Cassio contra Cæsarem conjuratione inita, à Porcia uxore magnum quid animo volvere ex vigiliis nocturnis deprehensus fuit. Plut. in Bruto.

COGITATIO RESPECTU SUCCESSUS FELIX.

Thales Mileusius post Reipublicæ negotia sese ad contemplandum contulit, & absque præceptore (nisi quantum sacerdotes Ægyptiorum audivit) tantus evasit, ut inter septem Sapientes primus haberetur. Laert. 1. 1.

Heraclitus Ephesus cum esset juvenis, nihil se dicebat scire: vir factus, nihil se ignorare profitebatur. Et ille idem tamen neminem audivit, sed ex semetipso omnia jugi contemplatione didicit. Laert. 1. 9.

SOCRATES jugi contemplatione omnia assequutus est, neque peregrinationibus opus habuit, cui domi omnia nascerentur. Laert. 1. 2.

DIDYMUS Alexandrinus Præful Cæsariensis, capus oculis à puero Dialecticam, & Geometriam quæ vel maxime visu indiget, perfectè didicit, quod ea, quæ semel audivisset, summa diligentia ruminaretur. Volaterr. 1. 15. Antrop.

GALENUS cum sibi persuasisset, Hippocratem nihil absque magna ratione dicere, & tamen Aphorismum istum: Dolores oculorum vel potio, vel balneum, vel fomentum, vel phlebotomia, vel purgatio tollit: non intelligeret, indefessa, & penè oblitata cogitatione tandem veritatem, & mentem sensis affectus est. Locus extat 1. 3. Metb. 2.

INFELIX, IRRITA.

CALCHAS Thestorides duo problemata à Mopso proposita, alterum, quod grossos caprifici modius caperet: alterum de scrofe prægnantis procellis quot, & quales essent, solvere non potuit: adeoque præmerore exspiravit. Eust. Iliad. 2.

HOMERUS Thebas navigans ad Saturnalia (certamen ibi hoc musicum celebratur) Jun venit. Ibi saxo insidens pica-toribus vidit adnavigantes, eosque, Equid haberent, interrogavit. Illi quod nihil cepissent, sed prædâ inopia pediculos legisent, ita responderunt: Οὐδ' ἴδμεν, λήθημα ἴσασ' ἰχθυῶν, ἐχθρῶν.

Non capta afferimus: fuerant quæ capta, velidit. Per ambages autem innuebant, se pediculos quotquot cepissent, interfectos dimisisse: quos verò non cepissent, eos se in vestibus suis secum terre. Hoc cum non posset concitare Homerus, præmerore vitam finit. Jenles cum magnificè sepeliverunt. Plut. de Homero.

Aristotelem in Chalcide Euripi septies die, ac nocte recipiantis causas frustra investigantem, morbum lethalem contraxisse, narratur à Gregorio Nazianzeno, teste Brodoo in Epigram.

PHILETAS Cous, φειδόμενος λόγων inquirens, cum diu frustra laborasset, mortuus est, ob assiduas curas emaciatus. Epigramma ejus sepulchro incscriptum tale: Τ 4

10/2